

LESSUS SUPER OBITUM
præmaturum quidem, sed Beatum

*Nobilis, Lectissima, incomparabilisq; Uxor, quæ pro-
sapiâ, Pietate, Virtute, arte, modestiâ, Patientiâ & laudabili
humanitate,*

ROSINÆ CATHARINÆ,
Svidnitii Silesiorum, absente obstetrice, manè circa 7.
& 8. h. in hunc mundum feliciter, & honesto in
Matrimonio,

*Parente Nobili, Clarissimo, Excellentissimoq; Dn. JOHANNÈ de
Sachfirch & Pletzen. Ph. & Med D. Eximio, Felicissimoq; Practico,
ὄν ἐν ἀγῶσι: Matre verò Præinsigni Rosina Freundinn.*

Anno M. DC. XV. natæ, renatæ, & in pietate, juxtaq; Apostoli
quoq; *παρὰ τὴν ἐν τῷ αἵματι καὶ ἡσθεσίᾳ Κυρίου ἐγκύβητος* educatæ; Paren-
tibus à Nobb. in exilio defunctis, quippe Patre in agro Lottzendorff.
1630. 23. Octob. æt. 45. cui & parentavit ibidem Reverendus, do-
ctissimusq; Dominus Georgius Uberus, Pastor ibidem vi-
gilantissimus, etiamnum cum Deo superstes: Mater a.
Vratislaviæ 1638. Breslæ piè obdormivit;

Præstantissimo, Litteratissimoq; Dno:

PAULO THAVMASIO Tribellâ Lusato Collegæ Gymnasii
Vratisl. ad D. Elisabethæ matrimonii loco Christianorum more & modo de-
bito honestè ductæ 1639. 21. Nov. in quo conjugio 3. Filias, & 2. Filios Deæ
benedictione vidit, sed in sexto partû cheu periit & obdormivit piè u-
nâ cum gemellis die 19. Junii manè circa 10. h. ætatis 35. mi-
nus septim. 8. à Fautoribus Sympatheias ergò, & Viduo
pertristi, calamitosoq; rogatu perscriptus.

WITTEBERGÆ

Typis MICHAELIS Wendt.
ANNO M DC L.

*Reverendo et Doctissimo Dno
Freituzio cui obf.*



Næ! meritò charam properanti funere
 raptam.
 Uxorem desles, *OPTIME PAULE*, tuam.
 Quæ Solamen erat, quæ Spes, quæ Cura
 laboris, (tuis,
 Quæ Medicina malis hactenus una
 Occubait. Verum est, quod vulgi personat auras.
 Nulla venit clades sola, duplata venit. (mnes
 Sed Domino placuit. Stadium hoc decurrimus o-
 Serius, aut citius fors sua quemq, manet
 Noli flere. *DEUS* tua quina relict a benignus
 Nutriet ille Tibi Pignora, Teq, simul!

Condolentiæ ergò scribb.
 Dresdæ

JACOBUS WETTER D. Sereniss. Elect. Sa-
xon. à concion. aul: primarius, & Consilij
Ecclesiast:

Ad tumulum piè demortuæ!

Qua tumulat a jacet, Præclaro est nata Parente,
 E Sach-Kirchiaco stemmate honorifico.
 Moribus Hæc deinceps simul & Pietate sat aucta,
 THAVMASIO nupsit, Clara virago, VIRO.
 Nunc sentit requiem; vivit super æthera, quamvis
 Cum Sobole enecuit Mors inopina piam.
 Sic visum est Summo, Summus sua debita poscit,
 Inq, loca hoc pignus nobilior a locat,

Faint, mostly illegible text on the left page, including a large heading that appears to be "FAMILIA" and some handwritten notes at the bottom.

Ecce piè moriens moriendo vivida facta est
Hæ Catharina Fide pura Rosina suâ.

σμεν δὲ ὡν Domino viduo maestissimo adjecit

ANANIAS Weber | S. S. Theol. Doctor, Pa-
stor in ead. Elisabethanâ apud Vratislavi-
ses Primarius, & Ecclesiarum ibidem Evan-
gelicarum & Gymnasii Ultriusq. Inspector.

Quid defles, quam sidera habent? quæ lecta reliquit
Pignora? in his matrem semper amare potes.

Augustus Buchnerus.

Quid mirare Tua, THAVMASI, fata Marite,
Cum Fata sint communia?

EO & Occiditq. plagæ docuisse volebunt
Te, quas videbas junior.

Hæ Tibi quot Viduos, quosq. pupillosq. dedere
Terrarum ubiq. flebiles!

Non tamen obcurrisse Tibi hoc ex ordine quenquam
Solatio cassum puto.

Nam qui fata DEUS statuit communia, fati
Commune fert solatium,

quo luctum T. H. mitigatum cupit

Tobias Magirus Viadrinæ Prof. Publ.

UT dicebaris Mihi felicissimus olim
Sponsus, sic lugens infelicissimus exstas (lis
Jam viduus, Tua dum CATHARINA-ROSINA gemel-
Proh dolor! occubuit SACHKIRCHIA Nobilis Uxor.
Quis

Quis dubitet Tibi quin hoc, trino funere (durus
Nil lapis) inflictum mœrenti vulnus acerbum?
Quantus enim castus vestri fuit ignis amoris,
Donec in hac vitâ superesse licebat utriq.,
Tantus &, ecce, dolor postquam secessio facta
Ipsius, ex oculis ex complexuq. mariti.
Ast ita decrevit Domini Divina Voluntas,
Uxorem quo Tu præmissam, Paule, sequaris.
Ergò sinas illam gelidâ dormire sub urnâ
Paulisper, certè quondam Tibi juncta resurget,
Æternâq. poli tecum gaudebit in arce.
Vos, DEUS, intereâ patrem, sobolesq. relictas,
Clementer tegat atq. regat, juvet, instruat, omni
Nutriat auxiliô, vitæ quod postulat usus.

Condol. animo scribeb.

Benedictus Cunradi J. U. D. Consiliarius &
Cancellarius Promnitzianus Soravia.

Sic orat CHRISTUS: Fiat Tua Sancta Voluntas
Abba Pater, quando pectore tristis erat. Matt. 26.
Erectus parili Tarsensis Apostolus, Acta v. 39.
Ceu nos sacra docent, voce fideq. fuit.
Pharmacum obfirmans animum præsentius isto Act. 21. v. 14.
Crede Mibi nullum totus hic orbis habet.
Nil majus, clementius & sapientius, inquam,
Ditius atque nihil, fortius atque nihil.
Vita, Salus, Conjux, Soboles, Res omnis ab illo est,
In manibus tota est spes fida nostra DEI.
Hic Pie Paule, tuam cæli ad tentoria Cajam,
Cum Gnato & jussit mortis adire domum.

A 3

Ergò

Ergò Tibi Patris summi agnoscenda voluntas,
Culpandum non est, quod DEUS ipse facit,
Amplius & non fas querulo indulgere dolori,
Nec Miseros eheu mille pericla premunt!
Nulla salus Terris, nobis est Patria Celum
Nos ibi vitalis deniq; Vita manet.

Συμπάθειαι suæ declarandæ ergò Fac:

M. Georgius Seidelius, Ecclesiæ Vratislayien-
sis Neopolitanæ Præpositus,

Miretur haud quisquam, quod accidunt pio
ἡρώων viro, proboque, Thavmasio, mala
Gravia, Calamitas alia post aliam venit.
Ita comparatum est omnibus bonis, habet
Conditio sicchorum, premantur ut gravi
Sorte miseri. Sed erant levia cætera, juvat
Uxor socia dum fide, dum auxilium venit
Solidum illa. Nunc plures apud cum sit, grave
Quidvis erit. Dura interim Tu, nec vicem
Domesticam hanc feras secius, ac Te decet:
Opem feret DEUS, unde non speraveris,

M. Nicolaus Pompejus, Mathematicum Infe-
riorum Professor, condolentiæ testanda f.

Epitaphium.

Qui transis, Hospes, vicinam prospice Tumbam,
Celsitate quam vivo sacra coronat humus.
Hæc fato defuncta cubat CATHARINA-ROSINA,
Omnem per vitam quæ Rosa Munda fuit.

Pro-

Profata SACHKIRCHO, quem sospes Hygæa celebrat;
Ornavit clarum flore decente genus.
Hinc nuptum data THAUMASIO, vernante juventa,
Exauxit partu fertiliore torum.
Jamq; adeò, sextam dum nititur edere prolem,
Lucina telis acribus icta cadit.
Immo renata magis viget æternumq; vigebit
Ehysias inter Nectare sparsa rosas.
Jam spinis exemat a Crucis, quæis rosa subinde est,
Dum vixit, pleno Lucis honore micat.
Sic florere decet felicitis germina cæli,
Quæ nutrit Christi tincta cruore DEUS.

Collegæ suo ex animo collugens
fundebat

M. Johannes Sechner.

Nobilis antiquo Proavorum stemmate, longè
Nobilior verà quæ pietate fuit,
Occidit ante diem CATHARIS Tua chara Rosina,
Usq; adeò incertum est quicquid hic orbis habet.
Occumbit, multos quæ vivere digna per annos,
Te relinquens viduum & pignora quina Tibi.
Condoleo tecum. Gravis est, Pie Paule, querela:
Optima enim Pars est corde reususa tuo.
Verùm, quid facias? Domino parere jubemur,
Scilicet hic rectum, quod facit, usq; facit.
Fide DEO, sævis fatorum exercite turbis;
Te velut igne aurum Numina clade probant.
Fide DEO, certa hæc sunt argumenta favoris:
Quem de amat Dominus, verberare sæpè premit.
Sic solet ille suos varijs onerare Thyellis,
Atq; inopinata ferre salutis opem.

Fide

*Fide DEO. Natos alet hic Tibi quinq; relictos:
Ille etenim nescit deseruisse suos.
Ille quidem repetit rursus, quod contulit. At quod
Abstulit, id reddet, quando sequere, Tibi.*

*in regarais scrib. in Electorali
Dresd.*

M. Johannes Bohemus Poëta Cæsar.
ibidem Rector Gymnasij Neo-
Dresd.

PAULLE, TIBI è partu decessit amabilis uxor,
Illa Sibyllinos vivere digna dies.
Cui Pater Excellens SACHKIRCHIUS arte medendi,
Exilium tandem flebile passus obit:
Quod subeunt æquis animis & sponte fideles,
Qui verâ CHRISTUM religionem colunt.
Fama tamen Soceri non emoritura vigebit,
Quid Momi dentes, PAULLE, verere, nigri:
Sed quò digredior? brevibus non scripsero laudes,
Quas meruit virtus ingeniumq; VIRI.
Ad luctum redeo, quo, desolate, fatiscis,
Quem vix invenio quâ ratione levem.
Est, verum ut fatear, prorsus miserabile lethi,
Si fœtus pereat cum Genitrice, genus,
Et fiat Matri ac Soboli commune sepulchrum,
Illa suâ huic vitam cum dare morte velit.
Uno quis videat geminatum in funere funus,
Ac oculis lacrimas sit cohibere potis?
Non igitur quicquam dubito, Doctissime MIRE,
Quin Tua, perpetuus pectora mœror edat,
Si memori Pietas hæret sincera beata
Conjugis, & prolis sedula cura Tuâ,

Atq;

Atq; Tui, tam Fidus Amor, tolerantia summa,
Cum tenuem premerent plurima damna Larem.
Matronæ virtus meritò laudatur honesta,
Fisa DEO scivit quæ benè ferre crucem.
Aliquoties Te mactari queritabere damno,
Conjugis implorans, saepe dolenter opem?
Ex quâ quinq; Tori lepidissima pignora cernis,
Sed Tibi quæ sextum jam pariendo perit,
In tumulum rapiens, Lecti nova gaudia secum,
Heu nimium luctus seria causa Tui!
Quid facias autem? pariens Tibi visa perire,
Sanguine parta DEI regna ROSINA tenet.
Credo illam cœlos ego suspirasse frequenter,
Ejus eò castas sapius isse preces,
Quæ nunc perpetuam lætatur adepta quietem,
Ac arumnarum libera môle gravi.
Huic cur invidias melioris gaudia vitæ,
Quæ tantâ coluit Te pietate virum?
Nec Tu Natorum quincuplice frangere curâ,
Te sobolemq; Tuam JOVA Benignus alet:
Exemplo ad mores cui Tute præbis honestos,
Maternum ut referat cum Pietate Decus.

*Vera & debita Cupina Deas, ergo
scribb.*

M. Joannes Mollerus Rector Scholæ
Francofurti ad Oderam.

Mortua THAVMASII THAVMANTIAS Uxor
abivit
*Ad superos, quorum nuncia grata fuit.
Iris erat Turba gentili nuncia, nobis
Arcus cœlestis, gratia grata DEI.*

B

Talis,

*Talis, quam reddunt conamina crebra beatam,
Hoc PAULLUS Præco, hoc ipse Maritus ait.
Quin verum est. Iris fuit hæc CATHARINA-ROSINA,
Sive pudicitia, sive colore fuit.
Non fuit. Ast nunc est. Vanam DEUS ipse loquelam
Corrigit, in Domino mortua vivit adhuc.
Vivit adhuc Tua: quæ moreris, Doctissime PAULLE?
Non fas victuram mortuum habere virum,
Audio dicentem, sed pignora quinque; supersunt,
Quei curet subolem matre abeunte pater?
At quæso, quid non curabit pignora quina
Cotidiè curans millia multa DEUS?*

M. Johannes Zheil. P.L.C. &
Scholæ Evangelicæ ibidem
Baldesin. Rector.

Mirificare suos DEUS admirandus in altis
Assolet, ac per aquas, per tesqua & saxa, per ignes
Circumgyrat, & antrorsum vehit atque retrorsum.
THAUMASIUS stat in Exemplum, quem Numinis almi
Cura forisque domique malis exercuit, & nunc
Uxorem Natumque rapit, variisque probatum
Casibus indubiam jubet expectare Coronam.

M. SAMUEL POMARIUS Collegij
Philos. Witteberg. Adjunctus.

Schaffe dir so/ Herr Wunderlich/
Durch Weib/ Kind/ wie kümmerlich.
grosse Schmerzen/
Dertze

Dertzeid/ daß die Sinnen zwingt/
Daß durch Marck vnd Adern dringt
Bisz zum Dertzen.

By so dencke nun dabey/
Daß es GOTTES Wille sey/
seiner Lieben

Zu betrüben Dertze vnd Muth/
Vnd sie in der Creutzes Bluth
stets zu vben.

Dennoch alles was geschicht
Wieder fährt ihnen nicht
zum verderben.

Sondern daß sie dort die Cron
In dem hohen Sternen-Thron
ewig erben.

Zum Trost des betrübteten Witberß
schriebs

M. Christianus Weber.

Christo Duce.

Luges Uxorem, quam Mors tibi sustulit atrox,
Thaumasi, & multis planctibus ingeminas.
Jure quidem: Verum nil proficientia fundis
Nubibus, & Venti verba caduca ferunt.
Sed toleret patiens! sic fert divina Voluntas,
Quam nemo nostrum transilisse potest,
Non male qui moritur, non mortuus ille putandus,
Qui vivit caelis nec lacrumandus Homo est.

collugens approperebat
M. Gottfried Grassi Vrat. Sil.

B ij

Ja

In mein Herr Wunderlich/so ist. Ihr habt zu klagen/
 Als der Ihr wund geschlagen/
 Es ist ein harter Stoß/ich muß es selbstn sagen/
 Der euch zum Herzen dringt/das die gibt gute Nacht
 So euer Hauß bedacht/
 So Euch zum Witwer nu/die Kinder Waisen macht.
 Es ist als wann auß euch mit prasselnden Getümmel
 Mit zitternden Gewimmel
 Ein Donnerpfeil vnd Keil vom höchst-erhörnten Himmel
 Voll Eifer schläge zu. Ergibt euch aber drein
 Es kan nicht anders seyn/
 Auf trübe Wetter folgt ein lieber Sonnen-schein.

Joachim Nerger Studios. Juris.

PRÆSENTI fecisse animo sua rite iusta Cajæ,
 Plus, quàm putare possumus, beatæ,
 Optime Thymastus, non pulveris inquinare fœdâ
 Sparsi capillos nube, vel frequentem
 Evulsiſſe comam deceat tibi, seu viro, malorum
 Non insolentè, sive Christiano.
 Indulget mulier magno malè flebilis dolori,
 Edesquè questus complet universas,
 Atquè ubi turbo aliquis stridens furit impetu sinistro,
 Fem credit omnem ad incidas redactam.
 Sors inimica viros licet arjetet, haut ruit, feroces.
 Contrà reniti forte. Christiano
 Tristis hiems, animos addit quoq; cladum, recentes,
 Certo, experiri se DEO atquè amari.

ELIAS MAJOR.

Hen!

Heu! Nos Stelligeri quæis dedit Arbiter
 Cæli Cunctipotens munere luminis,
 Annorum spatio quæisq; fugacium
 Vesci, percutimur Malis

Multis, Damna solet cordivora sequi
 Telum Tristitia. Quod Tibi, Docte Vir
 Evenisse mihi cernere nunc licet.

Nam Mors parcere nescia

*Partem dimidiam pectoris intimi
 Spiculis abripuit terrificis Tibi.*

*Quid? quod Mors rapuit Pignus amabile
 Dulcis conjugij Tibi.*

*Luctus horrifonos quod Tibi commovet,
 Et fibras animi percutit intimas.*

*Sed qui lance animi pensitat optimâ
 Quod nobis DEUS optimus*

*Nostros restituet, luctibus abstinet
 Cunctam Tristitiam dejiciet quoq;*

*A sese procul hinc in Mare Creticum,
 Summus portet ut Æolus.*

*Quod Cupra Gias ergo
 scripsit*

Henricus Büchmantel Regio M.
 in Borusliâ SS. Th. Stud.
 Olsnâ Sil.

B 3

Heic

Hic sita quæ Mulier? Casta CATHARINA - RO-
SINA

Præstans atq; Fide, & Moribus eximijs.

Creta Parente Bono SACHKIRCHI nomine
claro;

Illa maritali THAVMASIANA Toro.

Tristis in ærumnis duo per quinquennia vitam

Vixit & Exilij multum agitata salo.

Nunc decies itidem messor collegit Aristam,

Septimaque atratos Luna revectat e-
quos,

Hæc ut nupta viro nimium gustavit amari

Lætitijs Thalami, mellaq; fellitua:

Atq; sui similes Tres est enisa puellas

Et Duo, quæ monstrant, pignora chara,
Patrem.

Ast ubi jam sextum Domino parere pararet,

Et parere, & perijt, celica tecta petens.

Qui Transis, Cineri tranquilla precare Quie-
tis

Immemor haut, Lethum deproperare
Tuum!

O. DEF. M. ac suo item clamando affectui

*L. M. Q. F. Witten-
berge*

Christophorus Pomarius

Silesius Ph. ac SS. Th.
Studiofus,

Nur

W Be ein Kind ist zu viel: Zwen in so kur-
zer Zeit
Verlehren durch den Todt/ ist solches
Herzen-Leid/

Davon sonst niemand nicht / als Eltern könn-
nen sagen:

Za auch die Mutter selbst / wird aus darzu
getragen.

Was wol / HERR WUNDERLICH / dencket
ihr bey solcher Pein?

GOTT müsse gänzlich Euch feind und gehäs-
sig sein.

Nicht also: Weil Er ist Euch dreyfach kann
betrüben;

So dencket / daß Er Euch auch dreyfach müsse
lieben.

Aus Christ-schuldigem Mitleiden
zugesagt in Wittenberg
von

Balthasar Copischen
aus Schlesien.

E N D E

